



M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 15. Dur a co[m]positionis duo insignia exempla: ex Euripide vnum,
alterum è Sophocle.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

verbis intelligetur. Nam d' ἐγώ εἰς μοίρας τρεῖς διεστῶς τὰ σύμπαντα πολιτείαν, καὶ μάκρην τὸν μάχαθῶν, καὶ οὐνάντων τὰ κοινά. διδότερον δὲ τὸν, θυνάμεν, τρίταν δέ, τὴν ἐκπα-
γόσική χορηγία τῆς αναγκαίων. ὄνομάνων δὲ τὸ μὲν πρώτον πλά-
θος, βελοπόντων· τὸ δὲ δεύτερον, ὀπίκερον· τὸ δέ τέττον, βάνα-
νων. & aliquanto πρότερον: Τῷ δέ βάνανσι φύγει βιοποναπικόν, τὸ
μέν δέ γενόντων, καὶ τοῖς τὰν κατεργασίας τὰς χώρας καταχο-
λέμενον τὸ δέ τεκνον, ὅργανα καὶ δημιουρχαῖματα τοῖς τῷ βίῳ
φέρμασιν εἰποεῖσθαι. πόλεις δὲ μεταβαπτίδην καὶ ἐμποειδήν, δέ τα-
μενοὶ τῇ πόλει τὰν ξενίζονται, δημιουργοὶ τὰ δέ, οὐτὸ-
τὰς ξένας εἶταν πόλιν. Sed & cetera si quis attentè con-
sideret, videbit, non tam multa in iis reprehendenda
esse, quām videtur eis, qui, audita tantum altera par-
te, prosauncent. sunt autem apud Stobaeum εἰς τῷ περὶ
πλιτέας.

Dura compositionis duo insignia exempla: ex Euripi-
de *v. am*, alterum è Sophocle.

CAPUT XV.

INTER ea quæ duram atque insuauem orationis
compositionem efficiunt, vix quicquam est, quod
magis reprehendatur à dicendi magistris, quām cre-
bra & continuata eiusdem litteræ repetitio. Itaque in
Virgilio, *casus Cassandrae canebat*: in Terentio, *tantam,*
tam improuisam, & consilia consequi consimilia: in Cice-
rone, *statua tua stabat*: & in *inuisa visa*, & in Cœliana,
vnquam quanquam, eiusdemque modi alia in aliis pri-
mæ classis auctoribus notantur. sed enim quæ duo
eius rei exempla in duobus optimis ac præstantissimis
poëtis reperi, ea (ita insignia visa sunt) hoc loco pro-
ponenda esse duxi. eorum vnum Euripidis est: apud
quem Medea cùm Iasoni exprobraret, illum sua ope-
ra seruatum esse, ita loquitur:

B 5

Eowreī

Maret.

Lectio

III
26

Επωνός σ' ὁμονοίαν Εὐλύσιον θεοῖς

Ταῦτα Κυριοτέλειοι Αρχαῖν σημαζοῦ.

quorum versum in priore, crebra illa repetitio littera σ , locum etiam comicis iocis ac salibus dedit. siquidem Plato comicus, & Eubulus, eiusdem homo artificij, Euripidem ea de cassa urbanissimè tetigisse traduntur. Alterum Sophoclis, & quidem ea in fabula, quæ quasi regnum possidere inter tragœdias dicitur. ibi enim Oedipus cum Tiresia iurgans, eique & auriū, & mentis, & oculorum cæcitatem obiciens, hoc eum versu indignabundus incessit:

Τυφλὸς τά τ' ἄτα, πάντα νοῦ, τά τ' ὄμματά τοι.
vbi cùm saepius etiam inculcauerit litteram τ, quām
ille alter litteram σ; tamen Euripides dicacium acu-
leos expertus εἰσι: Sophocles à neinice, quod sciam,
notatus. Sophoclei non dissimilis est Ennianus ille,
me puerō, decantatus in scholis,

O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.
neque valde ab eo abludit Horatius illud,
Μηδὲ γέροντα κάκου κεκακυένον.

*Coniecture de aliquot locis ē libello Demetrii
σεπτεμβρίας.* C A P. XVI.

VI C V N Q U E ille Demetrius fuit, cuius est libellus qui nunc omnium manibus teritur, *σεπτεμβρίας*, (non enim mihi facile quisquam persuaserit, Phalereum esse) vtile profecto nobis, & minime triuialis doctrinæ plenum ingenij sui monumentum reliquit. neque verò paruum emolumentum Petrus Victorius studiosis attulisse censendus est, cùm olim ad eum librum purgandum incubuit: laborq. ipsius, ut semper aliás, ita hīc quoq. admodum utilis & fructuosus fuit. cuius summi viri exemplo nos etiam incitati,